UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Aigvlphvs Mart. 3. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Visual Library

S.AIGVLPHVS MART. *3.Septembris.*

HVmiles cunas AIGVLPHVS magnis virtutibus nobilitavit, monachus primò Floriacenſis, tum Abbas Lirinenſis factus. Vnus certè dignus à Deo habitus eſt, qui, ſomno monitore, opima illa ſpolia (oſſa D. Benedicti) Caſſino in Gallias aſportaret. Cæterùm invidia Arcadium quendam, & ſuo minimè dignum nomine Columbum, (Pſeudomonachum utrumque) excivit, qui virum & monaſterio & vitâ ejicerent. Excepit AIGVLPHVS amico convivio hoſtes, & cæſus atque in vincula datus; licet ab ipſo cuſtode ad fugiendum animaretur, turpi fugæ glorioſum carcerem prætulit. Inde captivus cum ſuis abductus, cùm tempeſtate diebus XL. jactarentur, ſolus portum ſibi petere viſus eſt. Et petebat, ſed beatitati; quam quia jam unam & animo ſpirabant & ore loquebantur, linguam Columbus primò juſſit præſcindi, tum omnibus laudes DEO, quin AIGVLPHO ad concionem mirâ facundiâ dicenti erui etiam oculos mandavit, gratulaturos puto ſibi, quòd abhinc monſtrum hoc, tyrannum monachũ viſuri non eſſent. Ad extremum in inſulam ejecti gladioque ſunt cæſi. Ne tamen improbitas ob ſucceſſus ſibi plauderet, adfuit in ſomnis Columbo ipſe AIGVLPHVS, & ſanguinis ſui guttâ in ſcelerati pectore ac tergo geminos circulos deſcripſit. Ex his ſupplici unum duntaxat reliquit, certiſſimum mortis omen, quâ Rex Clodoveus meritiſſimum affecit. Nam ut omnes ſcriptores taceant, facinoris immanitatem ejectæ linguæ loquuntur. *Ex Graſ.*

Vidit

Vidit Deus opera tua, recurſus & excurſus f
gitiorũ tuorũ, & con inuit iram ſuam. Cælum n
fulminavit, aqua non ſubmerſit, non obſorpſit t
lus, & cùm omnis terra ſit plena gloriâ Dom
non reveritus es præſentem Dominũ & coram ta
munditiâ immunditias tuas exercere. S. Pet, Da
ſerm. ſerm. de Char.

S. ALBERTVS C. *3. Septembri.*

ABſque ventis adverſis fuiſſet, nunquam a
mum ALBEBTVS ad cælum appuliſſet, uſq
adeò malè Favonios ſæpè vocamus. Natus i
magnas opes, majores has artibus non bonis eff
cerat, ſtultuſque cælum dudum auro vendidera
Vt tamen divitiis divitias, hoc eſt lutum luto a
deret, velis remiſque per lacum Verbanum co
tendit. Verùm exorta repentè ingens procell
alias ſcilicet oculis undas Cocyti objecit, alium
nautam Charontem. Ergo cùm omnia jam ui
cum naulum crederet, & orco debitum, vota cu
velis vertit, & ut viveret, cælo vovit deinceps v
vere. Arriſit continuò votis cælum, ut audiſſe ha
ſcires. Sed ecce in ipſo portu naufragium. Op
omnes (ne time lector) in miſeros abjicit, in
conjuge inter velatas virgines abditâ, mont
non ſine ingenti labore conſcendit, qui in e
de quo mentionem fecimus, lacum excutit. H
cælo propior cum DEO jam commercia habu
& commeatum à præternavigantibus demiſ
ſportâ lagenulaque accepit tam diu, dum Ange
denique victum è cælo miniſtrarent. Itaque cù
Superûm hoſpes necquicquam ab homini
jam mendicaret, mortuum rati ſunt accolæ. S
vive

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN